

cenfor, clariff. SCHOTTIVS, *a)* ingenue tamen fatemur, non plane haec nobis fatis feciffe. Insigniter nobis placeret, quod dicit vir doctus, LVDOV. CHARONDAM, *b)* BALTH. BRANCHV, *c)* & M. AVREL. GALVANVM, *d)* quos auctores sibi hac in re nominat, fequutus, quae POMPONIVS in loco nostro profert, restringenda effe ad speciem, de qua potiffimum loquitur, fundi coniugi a coniuge donati, dummodo idoneam huius restrictionis cauffam proferre, & verba finalia, quae de quolibet alio bonae fidei possessore loquuntur, apte eum in modum interpretari potuiffet, vt in iis nulla remaniffet difficultas. Horum vero neutrum ex voto nobis praestitiffe videtur. Sicuti enim ratio illa, quae ab invaliditate donationis inter coniuges restricta ad id, quod donans pauperior ex donatione fieret, recte ab eo, perinde, vti iam antea a MARQVARDO FREHERO, *e)* reiecta est, ita non videmus, quae rationi a Cl. FRICKIO allatae vis infit. Nam fi donatarii diligentia in fructibus producendis tantum valet, vt is ideo fructus industriales capere possit, quare quaeso non in alio quocunque bonae fidei possessore idem efficiat? Sed videntur quoque VLPIANVS & IULIANVS intercedere, quo minus id recipiamus. Vterque enim coniugi donatariae fructus rei donatae simpliciter, & abs-

C 3

que

*a)* in der unpartheyfchen Critik ueber die neuesten iuristischen Schrifften Vol. II. pag. 354 sqq.

*b)* Lib. I. Verifimilium cap. 7. in EV. OTTONIS Thesauvo iur. ciu. Tom. I. pag. 702.

*c)* in Obseruat. c. 3.

*d)* de vfufructu c. 28. pag. 376.

*e)* in παρέργων f. verifimilium Lib. II. cap. 24. in EVERH. OTTONIS thef. Tom. I. pag. 938.